

uenire cum uocabulo interitus animarum. Simplices grammatici ideo simpli-
citer affirmant hoc „interim“ esse compositae figurae, quia uere sit tanquam
chimaera aliqua. Constat enim ex mendacijs satanae, quae nonnunquam sentijs
scripturae, item patrum authoritate, nonnunquam fucosis rationibus
picta sunt. Sed haec iam satis, reliqua sequentur. Rogati enim sumus, ut to-
5 tum Donatum reuerendo patri Michaeli, suffraganeo Moguntino, et eius dis-
cipulis explicemus. Vos, qui Christum, Dei aeterni uerbum, amatis, incumba-
tis orationi pro ecclesia et malum „interim“ cauebitis. Deo enim magis quam
hominibus seruiendum est.⁶

Lectori pio s[alutem].

10

Diabolum patrem mendacij et omnes eius discipulos iam inde ab initio mun-
di triplici acie filios Dei infestasse manifesta ui, deprauatione scripturae et
mendacio notum est. Nam id non solum tota scriptura, sed omnes historiae
mundi a primis parentibus ad [A 2v:] haec usque tempora testantur. Post-
quam enim perditus ille et malignus spiritus se a Deo damnatum et abiectum
15 uidet,⁷ facere non potest, quin summis uiribus annitatur et ipso Vertumno⁸
mutabilio, quin omnes formas se uertat, ut quamplurimos habeat socios suae
condemnationis et cruciatuum. Eam artem discipuli eius uel hoc ipso prae-
ceptore suo, cuius etiam nomen exhorrescimus, nocentiores, quia sub iucun-
dis pietatis et fraternitatis nominibus laetale eorum uirus minus cognosci
20 potest, strenue imitantur nosque tanquam oues mactationis circumueniunt.
Circumuentos exuunt bonis, exutos agunt in exilium, exactos insatiabili,
incredibili et sanguinolento odio trucidant et mactant. Eorum enim conatibus
quis resistat? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.⁹ Haec cum
ita sese habeant neque quicquam separatum nobis ab omnibus sanctis accidat
25 aut accidere debeat, praesentia tempora minus nos conturbent, nec stationem
nostram ideo deseramus, quia tanto apparatu hostis Dei et sanctorum eius in
nos irruit. Sed potius laetemur et capita nostra attollamus. Appropinquat
enim redemptio nostra et quanto horribilius contra nos saeuit antiquus ser-
pens¹⁰ et centimanus ille Briareus¹¹ tanto certiores simus gloriosi aduentus
30

⁶ Vgl. Act 5,29.

⁷ Im Anschluss an VitAd 15; Jes 14,13 und Lk 10,18 entwickelte Origenes die bis zum Ausgang des 4. Jahrhunderts zur kirchlichen Lehrmeinung gewordene Vorstellung, dass der Teufel ein abtrünniger Engel Gottes sei, der möglichst viele Engel überredet habe, mit ihm zusammen von Gott abzufallen. Sie seien daraufhin aus dem Himmel verbannt worden, fristeten ihr Dasein jetzt als Satan und Dämonen auf der Erde und versuchten, möglichst viele Menschen auch zum Abfall zu bewegen. Vgl. Origenes, *De principiis. Praef.* 6, in: PG 11, 119 (TzF 24, 92,12–94,17). Vgl. auch Henry Ansgar Kelly, Art. Teufel V/3, in: TRE 33 (2002), 126–128.

⁸ Vertumnus ist ein ursprünglich etruskischer Gott, der nach Einreihung in das römische Pantheon etymologisch mit „vertere“ in Verbindung gebracht wurde und so als sich ständig wandelnder Gott galt. Vgl. Luciana Aigner-Forresti, Art. Vertumnus, in: NP 12/2 (2002), 101f.

⁹ Vgl. Röm 7,25a.

¹⁰ Vgl. Gen 3,15.